

1544 gener 8. Casa del Consell General

Els representants del Consell General de les valls d'Andorra, atesa la sentència definitiva donada en el litigi que enfrontava les Valls i Ferran Albert, senyor de Ponts, en la qual sentència es condemnava el dit Ferran al pagament de despeses, perjudicis i interessos, nomenen Joan Antoni Torres, àlies Berenguer, i Gervasi Moles, d'Andorra, presents, com a procuradors especials per exigir i recuperar aquesta quantitat de diners i com a procuradors generals de les Valls per a altres afers.

R. Minuta de manual notarial, Andorra la Vella, ANA, TCN, núm. 148, fols. 5-5v.

a. PUJAL; LLADÓS, *La Domus*, pàgs. 162-163.

Die octava mensis ianuarii, anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo XXXXIII^o, in loco Andorre et in Domo Consilii.

Quod nos, Ioannes¹ Pelissé, alias Armany, Simeon Pelisser, consules, Ioannes Raymundus Fontana, Ioannes Regii, consiliarii parrochie de Canillo, Girandus Tomas, consul, Petrus Martí, Ioannes Mas, consiliari parrochie d'Encamp, Ioannes Jaume, Guillelmus Oliva, consules, Petrus Carbonell, consiliarius parrochie de Ordino, Petrus Rival, consul, Iohannes Capella, Micael Rull, consiliarii [*parrochie de la Massana*], Iacobus Babot, Bortolomeus Ricart, consules, Bortomeus Ribot, [*consiliarius parrochie de Andorra*], Antonius Tor, Ioannes Martí, consules, Salvator Guisalt, Micael Alvynyà, consiliarii, omnes parrochie Sancti Iuliani de Lúria, omnes predicti concordantes et nemine discordante, omnes predicti convocati et congregati ad sonum campane in Domo Consilii, omnes predicti universitatum et singularium dictarum parrochiarum representantes, attendentes et considerantes sententiam deffinitivam fore promulgatam et latam inter dictas universitates et dominum Ferdinandum Albert, dominum de Pontibus, in qua fuit condemnatus in omnibus expensis, dampnis et interesse; attendentes inquam parum prodesse sentencias [seu] nisi debite executioni mandentur. Idcirco, gratis *et cetera* facimus, constituimus et ordinamus syndicos, actores et procuratores nostros ymonerius dictarum universitatum et singularium dictarum parrochiarum certos et speciales et ad infrascripta etiam generales, ita tamen *et cetera*, Iohannem Anthonium Torres, alias Berenguer, et Gervasium Moles, loci Andorre, presentes *et cetera*, et utrumque ipsorum insolidum *et cetera*, ad videlicet, pro dictis constituentibus et eorum nominibus, petendum, exigendum, recipiendum et recuperandum et habendum a dicto Ferdinando

Albert, domino de Pontibus, omnes et singulas pecuniarum quantitates, expensas, dampna et interessa in quibus dictus dominus Ferdinandus Albert fuit per sententiam diffinitivam condemnatus necnon ad levandum omnia deposita, salaria, expensas et alias quascumque pecuniarum quantitates et ad levandum a tabula civitatis Barchinone omnes et quascumque pecuniarum quantitates et alias res *et cetera*, et ad compromittendum in posse quorumvis arbitrorum *et cetera* et ad firmandum omnia et singula acta, gesta *et cetera*, et ad laudandum sententias arbitrales cum vel sine pena *et cetera*, et de receptis apocam et apocas faciendum et firmandum *et cetera*, et hoch cum posse substituendi unum vel plures procuratores *et cetera* et dando eidem illammet potestatem quam eiis fuit attributa *et cetera*, et ad omnes lites largo modo *et cetera*. Promittimus habere ratum, gratum *et cetera* et non revocare sub bonorum *et cetera*. Obligamus *fiat largo modo ad cognitionem notarii*.

Testes: Anthonius la Parra, mercator ville Savarduni, et Matheus la Parra dicte ville Savaduni².

1. Sobre els noms dels membres del Consell dues petites línies verticals amb dues més en sentit perpendicular indiquen que tots ells van fermar. — 2. No hi ha cap element que ens indiqui si es va fer la redacció de la nota del llibre o la del document en pública forma.